

AD LAUDES. y.

DEus in adiutorium meum intende. **G**loria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen. Alleluia.

Ab Oclava Pentecostes usque ad Adventum. Antiphona. Alleluia.

Psalmus 92.

Dominus regnavit, decorem inditus est: * inditus est Dominus fortitudinem, & praerexit se.

Etenim firmavit orbem terre, * qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc: * a seculo tu es.

Elevaverunt flumina Dominum: * elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos: * a vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris, * mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum. Psalmus 99.

Jubilare Deo omnis terra: * servite Domino in letitia.

Intraite in conspectu ejus, * in exultatione.

Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: * ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus ejus, & oves pascae ejus: * introite portas ejus in confessione, atria ejus in hymnis: confitemini illi.

Laudate nomen ejus: quoniam suavis est Dominus, in aeternum misericordia ejus: * usque in generationem & generationem veritas ejus.

Psalmus 66.

Deus meus * ad te de luce vigilo.

Strivir in te anima mea, * quam multipliciter tibi caromea.

In terra deserta, & invia, & inaquosa: * sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine replentur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi

Ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam, introibunt in interiora terre: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero letabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obstrudum est os loquentium iniqua.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri & benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Ne cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus salutarem tuam.

Confiteatur tibi populus Deus: * confiteatur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes: * quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus: * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terre.

Gloria Patri, & Filio.

Per Annum, Antiphona. Alleluia, alleluia, Antiphona. Tres pateri.

Canticum trium paterum. Danielem 3. e

Benedicite omnia opera Domini Domino, * laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite caeli Domino.

Benedicite aquae omnes, quae super caelos sunt, Domino: * benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol & luna Domino: * benedicite stellae caeli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: * benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & aestus Domino: * benedicite frigus & aestus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: * benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino: * benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebrae Domino: * benedicite fulgura & rubes Domino.

Benedicatur terra Domino: * laudet & superexaltet eum in secula.

Benedicite montes & colles Domino: * benedicite universa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: * benedicite maria & flumina Domino.

B. e.

Dominica ad Laudet.

Benedicite cete, & omnia que moventur in aquis, Domino: * benedicite omnes volucres caeli Domino. Benedicite omnes bestiae & pecora Domino: * benedicite filii hominum Domino. Benedicat Israel Dominum: * laudet & superexaltet eum in saecula. Benedicite sacerdotes Domini Domino: * benedicite servi Domini Domino. Benedicite spiritus & anime iustorum Domino: * benedicite sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: * laudate & superexaltate eum in saecula. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu: * laudemus & superexaltemus eum in saecula. Benedicite es Domine in firmamento caeli: * & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in saecula.

Hic non dicitur Gloria Patri, neque Amen, in aliis Cantibus dicuntur.

Per Annum, Antiphona. Tres pertri iussu regis in fornacem missi sunt, non timentes flammam ignis, dicentes: Benedicite Deus.

Antiphona. Alleluia.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de caelis: * laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes Angeli

eius: * laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol & luna: * laudate eum omnes stellae, & lumen.

Laudate eum caeli caelorum: * & aquae omnes, quae super caelos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandavit, & creata sunt.

Statuit ea in aeternum, & in saeculum saeculi: * praecceptum posuit, & non praeteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: * quae faciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles: * ligna fructifera, & cedri.

Bestiae & universa pecora: * serpentes, & volucres pennatae:

Reges terrae, & omnes populi: * principes & omnes iudices terrae.

Iuvenes, & virgines: senes cum junioribus laudent nomen Domini: * quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super caelum & terram: * & exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius: * filii Israel, populo appropinquanti sibi.

Hic non dicitur Gloria. Pal-

Dominica ad Laudet.

Psalmus 148.

Cantate Domino canticum novum: * laus eius in ecclesia sanctorum.

Laudetur Israel in eo, qui fecit eum: * & filii sion exultent in Rege suo.

Laudent nomen eius in choro: * in tympano & psalterio psallant ei:

Quia benedictum est Domino in populo suo: * & exaltabit mansuetos in saluorem.

Exultabunt sancti in gloria: * iubilabunt in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: * & gladius accipiet in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compediibus: * & nobiles eorum in manibus ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: * gloria haec est omnibus sanctis eius.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis eius: * laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubae: * laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: * laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, & Filio.

Per Annum, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.

Sequens Capitulum dicitur in Dominicis, à Dominica tertia post Pentecosten usque ad Adventum, Capitulum. Apoc. 7. c.

Benedictio, & caritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo Deo nostro in saecula saeculorum, Amen. Deo gratias.

Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.

Ab Octava Pentecosten usque ad Dominicam proximam Kalendis Octobris. Hymnus.

Ecce jam noctis temeratur umbra, Lux & aurora rutilans eoriscat:

Supplices rerum Dominum canent.

Vocem precemur.

Ut reos culpe miseratus, omnem Pellat angorem, tribuat salutem.

Donet & nobis bona semper terna

Munera pacis.

Dominica ad Laudes.

Præstet hoc nobis Deus
beata
Parris, ac Nari, pariterque
sancti
Spiritus, cujus resonat per
omnem
Gloria mundum.
Amen.

Per Annum, y. Dominus
regnavit, decorem induit.
¶ Induit Dominus
fortitudinem, & præcui-
xit se virtute.

A Dominica proximiori
Kalendis Octobris usque ad
Advéntum.

Hymnus.

Terne rerum Condi-
tor,
Noctem diemque qui regis,
Et temporum das tempora,
Ut alleves fastidium.
Nocturna lux vinctibus
A nocte noctem segregans,
Præco diæ jam sonat,
Jubæque solis evocat.
Hoc excitatus lucifer
Solvit polum caligine;
Hoc omnis errorum cohors
Viam nocendi deserit.
Hoc nauta vires colligit,
Pontique mitescunt freta;
Hoc, ipsa perra Ecclesiæ
Canente, culpa diluit.
Surgamus ergo strémue,
Gallus jacentes excitat,
Et somnolentes increpat,
Gallus negantes arguit.
Callo canente spes redit,
Ægris salus refunditur,
Mucro latronis conditur,
Lapsis fides revertitur.

Jesu labantes respice,
Et nos videndo corrige:
Si respicis, labes cadunt,
Fletique culpa solvitur.
Tu lux refugie sensibus,
Mentisque somnum discute:
Te nostra vox primùm sonet,
Et vota solvamus tibi.

Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæcu-
lum. Amen.

Per Annum, y. Dominus
regnavit, decorem induit.
¶ Induit Dominus fortitudi-
nem, & præcuixit se virtute.
Canticum Zachariæ.

Lucæ 1. g.

Benedictus Dominus
Deus Israel, * quia vi-
sitavit, & fecit re-
demptionem plebis suæ:

¶ Et erexit cornu salutis nobis:
* in domo David pueri sui:
Sicut locutus est per os
sanctorum, * qui à sæculo
sunt, prophetarum ejus:
Salutem ex inimicis nos-
tris, * & de manu omnium,
qui oderunt nos:

¶ Ad faciendam misericordi-
am cum patribus nostris: *
& memorari testamenti sui
sancti.

¶ Juráramus, quod jurávit
ad Abraham patrem nos-
trum, * daturum se nobis:
¶ Ut sine timore, de manu
inimicorum nostrorum libe-
rati, * serviamus illi.

Dominica ad Primam.

Hymnus.

In sanctitate & justitia cor-
ram ipso, * omnibus diebus
nostris.

Et tu puer, Propheta Altis-
simum vocaberis: * præcibus
enim ante faciem Domini
parare vias ejus:

¶ Ad dandam scientiam salu-
tis plebi ejus: * in remissio-
nem peccatorum eorum:

¶ Per viscera misericordie
Dei nostri: * in quibus vi-
sitavit nos, oriens ex alto:

¶ Illuminare his, qui in tene-
bris, & in umbra mortis
sedent: * ad dirigendos
pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri. Sicut erat.

Deinde dicitur Antiphona,
& Oratio propria, & post
eam, si occurrat eo die ali-
quod Festum Simplex, sic
de eo Commemoratio. Pos-
tremo (si id tempus requirit)

sunt Commemorations de
Sanctis Maria, de Apostolis, &
de Patrono Ecclesiæ: in or-
dine aliam Commemorati-
onem secundum illius dig-
nitatem, & ultimo loco de
Pace, ut infra in Vesperis
Sabbati. 155.

In fine, si discedendum
sit a Choro, dicitur An-
tiphona, Salve Regina. ut
habetur infra post Comple-
torium. 160.

DOMINICA

AD PRIMAM.

Pater noster. Ave Maria.
Credo. y. Deus in adjuto-
rium, & supra. 18.

Jam lucis orto sidere
Deum precemur sup-
plices,

Ut in diurnis actibus
Nos servet à nocentibus.

Linguin refranans tem-
peret,

Ne litas horror insonet:
Vistum fovendo contegat,
Ne vanitates hauriat.

Sint pura cordis intima,
Absistat & recedat:
Carnis terat superbiam
Potus cibique parcitas.

Ut cum dies abscesserit,
Noctemque sors reduxerit,
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.

Deo Patri sit glori-
e, ejusque soli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Nunc, & per omne sæcu-
lum. Amen.

In Dominica per Annum,
Antiphona. Allelúia.

Psalmus 55.

Deus in nomine tuo
salvum me fac: * & in
virtute tua júdica me.

Deus exaudi orationem
meam: * auribus percipe
verba oris mei.

¶ Quoniam alieni insurre-
xerunt adversum me: &
fortes quasi erunt animam
meam: * & non proposue-
runt Deum ante conspec-
tum suum.

Ecce enim Deus adjuvat
me: * & Dominus suscep-
tor est animæ meæ.